



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopi qui negligunt loca sua, à vicinis episcopis vt se corrigant,
admoneantur. lxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De contentione parochie. Cap. LXVII.

Qvicunque Episcopus alterius Episcopi diœcesim *Ex cœcil.*
per XXX. annos sine aliqua interpellatione posse *Auernē.*
federit, quamvis secundum ius legis eius videatur *cap. 3.3.*
esse diœcesis, admittenda non est contra eum actio re-
pœscendi: sed hoc intra unam parochiam, extra vero nul-
lo modo: ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum ter-
mini confundantur.

*Vt Episcopi qui negligunt loca sua à vicinis episcopis, vt
se corrigant, admoneantur.* Cap. LXVIII.

Item placuit, ut quicunque negligunt loca ad suam ca- *Ex cœcilio*
thedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, *Africa-*
conueniantur à diligètibus vicinis episcopis, ut id agere *nō, ca. 7.6.*
non morentur. *Quod si intra sex menses à die conuictio-*
nis non effecerint, qui potuerit eas lucrari, ad ipsum per-
tineant: ita sanè, vt si ille ad quem pertinuisse videbatur,
probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab
hæreticis, vt impunè ibi sint, & suam diligentiam fuisse
præuentam, vt eo modo eius cura solicitior vetaretur: cū
hoc iudices episcopi cognoverint, sue cathedræ loca re-
stituant. Sanè si episcopi intra quos causa versatur, diuer-
sarum sunt prouinciarum, ille primas det iudices, vicinus
prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex com-
muni placito vicinos iudices elegerint: aut unus eliga-
tur, aut tres: aut si tres elegerint, aut omnium sententiam
sequantur, aut duorum.

*De duobus Episcopis altercantibus de parochia
cuiusdam basilice.* Cap. LXIX.

INTE R memoratos fratres nostros, Fulgentium Asti- *Ex cœcil.*
gitanum, & Honorium Cordubensem Episcopos, discus- *Spalensi,*
sio agitata est, propter parochiam basilicæ cuiusdam quam *ca. 1.*
horum alter Celtacensem, alter Reginensem afferuit. Et
quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vendicata
est, cuius quāuis vetusta retentione, nullū iuris præaudi-
cium adferret: ideoque ne indubiuū ultra inter eos nostra
denocaretur sententia, prolatis canonibus synodalia der-
creta perfecta sunt, quorū authoritas præmonet. ita opor-
tere inhiberi cupiditatē, vt ne quis terminos alienos usur-
pet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectiōis viros
mittēdos, ita ut diœcesis possidētis, si tamē basilicā veteri-